illo communicare. Conſilii ſui conſcium facere. *Eſto comunican entre sì.* Hæc inter ſe conferunt, communicant.

*Comunicacion, trato.* Conſuetudo familiaris, communicatio, commercium cum aliquo.

*Comunidad.* Communitas, tis. *De Convento, ò Congregacion.* Conventus, us. Cœtus, us. Vide *Gremio.*

*CON es* Cum *con verbos de hablar, pelear, tratar, eſtàr, andar con alguno.* Loqui, certare, congredi, eſſe, ambulare cum aliquo. *Y à veces tambien el modo, con que ſe hace la coſa.* v. g. Magno cum metu. Magna cum cura. Cum voluptate audire. Cum ſtomacho aliquid facere, cum nauſea projicere. *O por adverbios de modo,* v. g. *Con atencion.* Attentè. *Con agudeza, è ingenio.* Argutè, & ingenioſè. *Con valor, y esfuerzo.* Fortiter, ac ſtrenuè. *Con poca cortesìa.* Inurbanè. *A VECES* Con *al modo es* Per: *Alabarſe con deſcredito de otros.* Per alienum dedecus viam ſibi ad laudem ſternere. *Con titulo de deudo.* Per cauſam affinitatis. *Con maſcara de amigo.* Per ſimulationem amicitiæ. *Con capa de juſticia.* Per jus, aut per ſpeciem coërcendi maleficia. *Negociò con dineros el oficio.* Per largitionem magiſtratum obtinuit. *Muriò con ſuma deshonra.* Per ſummum dedecus vitam amiſit.

*CON eſſo, con eſto.* Ita, hac ratione. *Con eſſo, no es mucho que eſtèn contentos.* Ita nihil mirum, ſi nihil deſiderent. *Con eſto les engañò.* Ita illis impoſuit. Hac ratione illos in fraudem induxit. *Con todo eſſo.* Tamen. Nihilominus, attamen.

*Conca.* Lignea ſcutela.

*Concavo.* Concavus, cavus, a, um.

*Concavidad.* Caverna, æ. Cavum, i.

*Concebir.* Concipio, is. *Concibe agudamente, pero no acierta à explicarſe.* Acutè quidem cogitat, ſcitè meditatur, ingenioſè, & argutè commentatur, ſed hæret in verbis, quibus mentem explicet.

*Concepcion.* Conceptus, us. Conceptio. *De la Virgen nueſtra Señora.* Immaculatus Virginis Mariæ conceptus: ab originali labe pura, & immunis conceptio.

*Concepto de Predicador.* Senſum, i. Cogitatum mentis. Egregia commentatio. Cogitatio non vulgari ſenſu fœta. *El que ſe hace de uno.* Opinio, judicium, exiſtimatio. *Què concepto haces de èl?* Quid de illo ſentis, cenſes, exiſtimas? Quæ tua de illo exiſtimatio eſt? *Diferente concepto tenia yo de èl.* Meam de ſe opinionem fefellit. Aliter de illo exiſtimaveram. *Tener mal concepto de alguno.* Malè de aliquo exiſtimare. Malam de aliquo opinionem ſuſcipere, ſuſceptam retinere. *Mejor concepto tengo de vos, que de mi.* Plus tibi, quàm mihi tribuo. Plus tribuo tibi, quàm mihi ſumo.

*Conceptuoſo.* Argutus, peracutus.

*Conceder.* Concedo, permitto, is. Facultatem, copiam, poteſtatem facio, do. *Yo os concedo eſſo.* Id tibi aſſentior, concedo, do. Sit ita ſanè.

*Conceſſion.* Conceſſus, us. Conceſsio.

*Concejo.* Concilium oppidanorum.

*Concejiles bienes.* Poſſeſsiones publicæ. Ager compaſcuus, quo cives utuntur.

*Concernir.* Vide *Convenir.*

*Concertar.* Vide *Componer.* *Concertar el precio de algo.* De pretio cum aliquo paciſci, convenire. *Concertada và la proceſſion.* Rectè pompa procedit, recto ordine ducitur. Rectè diſpoſiti procedunt.

*Concertarſe los pleyteantes.* Tranſigere. *Concertaos, ſi ſois cuerdos.* Tranſigite, ſi ſapitis. *Concertados iban para eſſo.* Res de compacto geſta eſt. Compoſitò, conſultò, ex compoſito facinus ſuſcepérunt.

*Concertadamente.* Compoſitè, ordinatè.

*Concha.* Concha, æ. *De tortuga.* Chelonium, ii. *Conchudo.* Tenax, deparcus.

*Conchavarſe.* Conſpirare in malum. Coire in lites, in accuſationem.

*Con-*



*Conchavanza.* Conſpiratio, coitio, nis.

*Conciencia.* Conſcientia, æ. *La buena conciencia es la alegria del juſto.* Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Secura mens quaſi juge convivium.

*Aflige, y atormenta à los malos ſu miſma conciencia.* Scelerum conſcientia impios agitat, vexat, cruciat, urit. Scelerum furiis torquentur impii, flagitiorum memoria terrentur, conſcientiæ ſtimulis agitantur, & tanquam tædis ardentibus uruntur.

*Remuerdele la conciencia.* Conſcientia facti turbatur. Conſcientia mille teſtes. Lupus ante clamorem feſtinat. Nihil timent, qui nihil commiſerunt.

*No formo conciencia en eſto.* Conſcientiæ reus in hoc non ſum, nec me conſcientia culpa illius arguit. Subeo conſcientiæ judicium à peccato ſecurus.

*Es hombre de ancha conciencia.* Conſcientiæ ſinus laxos habet, legumque metas temere producit. Jura divina, & humana quæſtu, & voluptate metitur. *Es hombre de mala, y rota conciencia.* Ad conſcientiæ ſtimulus obduruit, occalluit. Conſcientiæ morſus non curat, aut præ vitiorum inſania non ſentit.

*No puedo hacer eſſo en buena conciencia.* Salva, & integra religione hoc præſtare non poſſum. *Yo lo tomo ſobre mi conciencia.* Culpam, quam vereris, ego præſtabo, in me recipio. *Encargoos la conciencia en eſto.* In caput tuum recidet, ſi res malè ceſſerit, tu periculum ſubibis, tibique noxæ erit. *Tiene buena conciencia.* Integritatem, & juſtitiam amat. *No tiene conciencia.* Neque jus, neque æquum colit.

*Concierto.* Conventum, i. Pactum, pactio, conditio, conventio, nis. Fœdus, eris. *Concierto, ù orden de coſas.* Compoſitio, ordo, rerum ſeries.

*Concierto en pleytos.* Tranſactio, deciſio, diremptio, nis. *Hacer concierto.* Paciſcor, eris. Convenire cum aliquo de aliqua re. Conventionem, aut pactum facere. Sancire, facere, inire, ferire, paciſci fœdus. *Deshacerle.* Conventa reſcindere, pactum irritum facere. *Guardarle, eſtàr al concierto.* Conventis ſtare, pactum ſervare, manere in conditione.

*Concilio.* Concilium, ii. Synodus, i.

*Conciliabulo.* Conciliabulum, i.

*Conciliar voluntades.* Vide *Ganar.*

*Conclàve.* Conclave, is.

*Concluir con algo.* Vide *Acabar.* *Concluyòſe eſte negocio.* Actum eſt. Acta res eſt. *Concluìr arguyendo.* Argumento aliquid evincere, convincere, concludere. *Concluyeronle.* Irretitus eſt argumenti concluſione. Argumento convictus obmutuit.

*Concluſion.* Concluſio, complexio. *En concluſion dixo que no.* Denique negavit. Ne multa, ne multis, negavit. *En concluſion eſto no puede paſſar aſſi.* Ad ſummam non poſſunt iſtæc ſic abire. *Reducirlo todo à una concluſion.* Ad unam ſummam omnia referre. *Eſto es en concluſion.* Hæc eſt totius rei ſumma.

*Concluſion de la oracion.* Peroratio, nis.

*Concluſiones de actos.* Aſſertiones, theſes, themata, publicè defendenda.

*Concomerſe.* Pruriginem geſtu præ ſe ferre. Prurigine geſtire.

*Concordar con otro.* Cum alio vita, & moribus congruere, convenire, conſentire, concordare. *Concordamos en eſto.* Convenit hoc mihi tecum. Hoc mihi tecum, vel inter nos conſtat. De hac re tecum ſentio, conſentio, convenio.

*Concordia.* Concordia, æ. Conſenſus, us. Conſpiratio animorum. *Concordes.* Qui eodem ſunt animo, & voluntate. Concordes animis. Animo & voluntate conjuncti.

*Concordar las voces.* Conſono, as.

*Concordancias de voces.* Vocum concentus.

*Con-*

*Concordancias de la Biblia.* Sacrorum Bibliorum concordia verba.

*Concubina.* Vide *Manceba.*

*Concupiſcentia.* Appetitio, libido.

*Concurrir.* Concurro, is. Confluo, is.

*Concurriò mucha gente à las fieſtas.* Ingenti hominum frequentia ludi celebrati ſunt. Magna hominum multitudo ad ſpectacula undique confluxit, coivit, convenit, concurrit. Ad ludos ſpectandos non urbes tantum, ſed etiam provinciæ effuſæ ſunt.

*Concurſo de gente.* Hominum concurſus, conventus, frequentia, celebritas. *Concurſo de acto de letras.* Litteraria comitia.

*Concurrencia.* Concurſio, concurſus, us.

*Conde.* Comes, itis. *Condeſtable.* Comes ſtabilis. Magiſter equitum. Hipparchus, i.

*Condado.* Comitis ditio. Comitatus, us.

*Condeſa.* Comes, itis. Comitiſſa, æ.

*Condecender en algo.* Connivere in aliqua re. Aliquid alicui permittere, concedere, indulgere. *En algo ſe ha de condecender con la gente moza.* Indulgendum eſt aliquatenus juventuti, ætatique aliquid tribuendum. Aliquid de ſeveritate quandoque remittendum eſt, nec ſemper jure agendum.

*Condecendencia.* Conniventia, æ. Indulgentia, æ. Diſsimulatio, nis.

*Condenar.* Damno, as. Condemno, as. *A muerte.* Capitis aliquem condemnare, capitis, vel capite damnare, morti addicere, capitali judicio deſtinare. *A galeras.* Triremibus aliquem addicere, ad triremes damnare. *Condenarle à las minas, ò à las beſtias.* Ad metalla, vel ad beſtias hominem damnare. *Condenòſe por ſu boca.* Suo ſe ore morte addixit. Sua ſe confeſsione jugulavit. *Què me caſtiguen ſin condenarme, ni oìrme?* Me indemnatum, inauditumque abripi? *Condenòſe.* Ad inferos damnatus eſt, pœnis ſempiternis addictus.

*Condenacion.* Damnatio, nis.

*Condicion de concierto.* Conditio, nis.

*Con condicion que, con tal que.* Modo, dummodo. Ea lege, eo pacto, ut. *Con condicion que ſe caſe.* Dummodo uxorem ducat. Ea lege ut &c. *Con tal que no me eches la culpa, ſi ſucede al revès.* Dum ne mihi imputes, ſi fortè ſecus fiat.

*Condicion, ò ſuerte.* Conditio, nis. *Condicion de criados, ò de tiempos.* Servorum, aut temporum conditio.

*Condicion, ò natural.* Ingenium, natura, æ. Indoles, is. *Mancebo de buena condicion.* Bonæ indolis adoleſcens, indole præclara, mira ingenii ſuavitate, ingenio ſuavi, & facili. *De mala condicion.* Ingenio pravus. Natura, & moribus aſper. Inhumanus, ac difficilis, indole feroci, & contumaci. *Recia, y terrible condicion es la tuya.* Nimium vehemens es, feroxque natura. *Condicion de hombres es.* Sic eſt hominum ingenium. Ita natura hominum comparatum eſt. Humanum hoc eſt.

*Condicional.* Conditionalis, e.

*Condicionalmente.* Conditionaliter. Sub conditione.

*Condolerſe.* Vide *Compadecerſe.*

*Conducir.* Conduco, is.

*Conducta.* Centuriatus, us.

*Conejo.* Cuniculus, i. *El conejo ido, y el conſejo venido.* Poſt bellum auxilium.

*Conejal.* Leporarium, ii.

*Confederacion.* Fœdus, eris. Vide *Liga.*

*Confederarſe.* Fœdus cum aliquo facere, inire. *Confederados.* Fœderati, eodem fœdere aſtricti.

*Conferir.* Vide *Comunicar.*

*Conferencia.* Collatio, nis.

*Confeſſar.* Confiteor, fateor. *Confeſsò de plano.* Rem planè confeſſus eſt. *Sus pecados.* Peccata ritè confiteri. Commiſſa per confeſsionem expiare. *Confeſsòſe.* Peccatorum maculas per confeſsionem eluit, humili, & ſalutari confeſsione delevit.

*Confeſſarſe generalmente. Hacer confeſſion general.* Totius ante actæ vitæ noxas per confeſsionem expiare. Totius vitæ maculas facta confeſsione eluere.

*Confeſſar el Confeſſor, oìr de penitencia.* Peccata confitentibus aures præbere, exhibere. Confeſsiones excipere, audire.

*Confeſſion general.* Noxarum omnium totius ante actæ vitæ per confeſsionem expiatio. Generalis confeſsio.

*Confeſſor.* Confeſſarius, ii. Sacerdos audiendis confeſsjonibus deſtinatus.

*Confeſſonario.* Locus confeſsionibus audiendis deſignatus.

*Confiar.* Confido, is. *Confio en Dios que es aſſi.* Spero, atque confido ita eſſe. *Mas confia en ſu arca, que en ſus amigos.* Magis arcæ, quam amicis confidit. *Confia en ſu juſticia.* Rei æquitate nititur.

*Confiado.* Fretus, confidens, tis. *Confiadamente.* Fidentèr, confidenter. *Perdiòſe de confiado.* Confidentia illum perdidit. Propter fiduciam periit.

*Confidente.* Fidus amicus, & familiaris, cui ſatis credere poſſumus.

*Confiança.* Fiducia, fidentia, æ. *Dàr en confiança el dinero.* Pecuniam alicui credere. *Hacer confiança de alguno.* Alicujus fidei aliquid committere, credere. *Mira la confiança que hago de ti.* Vide quantum fidei tuæ credam. *Dàr algo en confiança de que lo reſtituìrà.* Fiduciam alicui committere. *Tomarlo con confiança.* Fiduciam accipere. *Heredero en confiança.* Fiduciarius hæres. *Heredad dada en confiança.* Fundus fiduciarius. *Poner en uno ſu confiança.* Fiduciam in aliquo reponere, collocare.

*Confirmar, ò apoyar lo que otro dice.* Alicujus ſententiam ratione, teſtimonio, authoritate confirmare, roborare, munire. *Confirmar el Obiſpo.* Sacro chriſmate fideles ungere, in fide firmare.

*Confirmacion.* Confirmatio, nis.

*Confiſcar la hacienda.* Alicujus bona publicare, proſcribere, confiſcare, fiſco addicere, in publicum addicere, in fiſcum referre.

*Confiſcacion de bienes.* Bonorum proſcriptio, confiſcatio, publicatio. *Bienes confiſcados.* Bona publicata, fiſco addicta. Proſcriptorum bona. Sectio, nis.

*Confites.* Aniſi grana ſaccharo condita. *Confitura.* Bellaria, orum. Tragemata, um. *Confitar algo.* Saccharo aliquid condire, fucare. *Confitado.* Saccharo fucatus.

*Confiterìa.* Forum cupedinis.

*Confitero.* Dulciarius, ii.

*Conflicto.* Anguſtiæ, arum.

*En grande conflicto me hallo.* In magnis anguſtiis verſor. Gravis mihi caſus imminet. Multa mihi mala impendent. Anguſtiæ mihi ſunt undique, nec quid conſilii capiam ſcio. Calamitates, & ærumnæ me undique premunt, urgent, inſtant.

*Conformarſe con otro.* Ad alterius voluntatem ſe conformare. Aſſentiri alicui. Alteri, vel cum altero conſentire. Illius ſententiæ ſubſcribere. Alterius voluntati obſequi, ad illius arbitrium ſe accommodare. *Conformarſe con el tiempo.* Cedere tempori. Scenæ, aut tempori ſervire.

*Conforme coſa.* Conſentaneus, congruens, conveniens. *Eſto es conforme à razon.* Hoc eſt rationi conſentaneum, cum ratione conſentiens. *En eſto vamos conformes.* Hoc inter nos conſtat. In hoc non diſſentimus, non diſsidemus, nullum eſt inter nos diſsidium, nulla mihi tecum diſſentio. In hoc ſententia mea à te non diſcrepat.

*Conforme, ò ſegun.* Pro. *Conforme el tiempo obrarèmos.* Pro tempore conſilium capiemus. *Eſpero que ſerà el galardòn, conforme mis ſervicios.* Spero gratiam pro meritis, vel pro eo, ac mereor, mihi referendam. Vide *Segun.*

*Conformidad de pareceres, y voluntades.* Sententiarum, animorumque conſenſus, conſenſio, conſpiratio. *En la miſma conformidad hablaron los demàs.* In eandem ſententiam locuti ſunt cæteri. *En eſ-*

*ſa conformidad ſe ajuſtaron las paces.* In eam ſententiam ab armis diſceſſerunt.

*Confortar el eſtomago , ò cuerpo flaco.* Larguentem ſtomachum cibo , aut medicamentis recreare, reficere. *Confortativo.* Vegetativus. Quod recreandi vim habet.

*Confrontar con otro.* Moribus, & ingenio cum alio convenire, conſpirare. *No confrontan los dos.* Non convenit inter eos. Invicem averſantur. Diverſi abeunt in ſtudia ſua quiſque.

*Confundir.* Confundo , is. Commiſceo. *Todo lo confundes , y rebuelves.* Omnia permiſces, ac perturbas. *Confundirſe.* Perturbari , erubeſcere.

*Confuſa coſa.* Confuſus , permixtus , a, um.

*Confuſo me hallo.* Hæret animus , nec quid agam, aut quo me vertam ſcio. Non invenio , quo pacto me expediam , aut qua ratione decidam. *Confuſo ſaltò , y corrido.* Convictus , rubore ex ignominia ſuffuſus ſenſim elapſus eſt , è medio ſe proripuit.

*Confuſion.* Confuſio , perturbatio.

*Confuſamente.* Confusè , promiſcuè.

*Confutar las razones , y argumentos.* Argumenta confutare , refellere, infirmare , convellere , diluere. *Confutè , y confundì al herege con ſus miſmas razones.* Hæreticum ſuis argumentis confutavi, coargui , refelli.

*Congoxar.* Ango , is. Affligo , is. *Congoxarſe.* Affligtare ſeſe, angi, acerbiſsimè affligtari , anguſtiis urgeri.

*Mucho me congoxa eſte cuidado.* Hæc me cura valde angit , ſolicitat, ſolicitum habet , me anxium, plenum ſolicitudinis, & angoris tenet , in magnam ſolicitudinem , in magnas anguſtias me adducit. Eſt hæc mihi cura moleſtiſsima , gravi me afficit ſolitudine. Hæc cura meum animum tranquilum eſſe non ſinit , nullum tranquillitati , nullum quieti locum relinquit.

*Congoxa.* Angor , oris. Anxietas , tis.

*Congoxado.* Miſerè ſolicitus , adductus in maximas anguſtias. Anxius.

*Congoxoſo.* Anxius,a, um. *Cuidado congoxoſo.* Anxia cura. *Es de natural congoxoſo,ahogaſe en poca agua.* Anxietate animi laborat. Facilè in anguſtias adducitur. Anxio animi eſt.

*Congraciarſe con alguno.* Ad gratiam, & voluntatem alicujus loqui. Gratiam ejus aucupari.

*Congregar.* Congrego, as. Vide *Juntar.*

*Congregacion.* Congregatio, nis. *De devotos de la Virgen.* Sodalitas , tis. Sodalitium.

*Congregantes.* Sodales beatæ Virginis.

*Congrio.* Conger , g i.

*Congruencia.* Vide *Conveniencia.*

*Conjetura.* Conjectura , æ. *Coſa de conjetura.* Conjecturalis , e . *Sacarlo por conjetura.* Conjectura aliquid aſſequi , percipere , proſpicere , perſpicere.

*Conjeturar.* Conjicio , is. Conjecto , as. Conjecturam de re aliqua facere. Conjectura duci ad ſuſpicandum aliquid. Conjectura aliquid judicare.

*Conjeturador.* Conjector, aruſpex, icis.

*Conjugar.* Flectere , inflectere verba.

*Conjugacion.* Conjugatio verborum.

*Conjugal amor.* Conjugalis amor.

*Conjuncion.* Conjunctio , nis. *De Luna.* Lunæ coitio. Lunæ ſilens.

*Conjurarſe.* Contra Regem , aut rempublicam conjurare, conſpirare, conjurationem facere , res novas moliri.

*Conjurar los Demonios.* Dœmones ſacris ritibus adjurare , expellere. *Los nublados.* Tempeſtatem imminentem ſacris expiationibus avertere , procurare , depellere, arcere , longè à noſtris finibus amandare.

*Conjuramentarſe.* Jurejurando obſtrictos aliquid ſuſcipere , prommittere.

*Conjuracion.* Conjuratio , conſpiratio.

*Conjurados.* Conjurati , orum.

*Conjurador.* Exorciſta , æ. Depulſor.

*Con-*



*Conjuros.* Exorciſmi , adjurationes.

*Comensàl.* Convictor quotidianus.

*Conmigo , contigo.* Mecum , tecum.

*Conmover.* Commoveo , es. Concito, as.

*Conocer.* Noſco , is. Cognoſco , novi, iſti.

*Bien conocido le tengo.* Totum hominem ad unguem perſpexi. Mentem ejus, atque animum introſpexi. Illius ſenſus probè teneo. Intima illius conſilia , animique receſſus penetravi. Illum intus , & in cute novi.

*Conocer entre otros.* Dignoſco, is. Diſcerno , internoſco , is. *No le conozco , ni le he viſto en mi vida.* Ego hunc , qui ſit, neque ſcio , neque novi , neque vidi ante hunc diem. *Ne le conocerà ſu madre.* Nec mater ipſum diſpicere poſsit. *Por ſu virtud ſe diò à conocer.* Sua ſe virtuta prodidit. Sua illum virtus commendavit. *Todos conocen tu virtud , y milagros.* Nota ſunt omnibus flagitia tua. *Quien no te conoce te compre.* Non mihi fucum facies. Tollat te qui te non novit.

*Conocido.* Notus , cognitus. *Por ſu virtud.* Vir ſpectatæ probitatis , probatæ fidei. *Conocido peligro.* Periculum evidens, manifeſtum , apertum.

*Conocidamente.* Apertè , evidenter.

*Conocimiento.* Cognitio, notio,notitia.

*Conocimiento de eſcritura.* Syngraphum, chirogrophum , vel chirographus , i.

*Conortar.* Vide *Confortar.*

*Conquiſtar.* Urbes expugnare , gentes debellare , armis ſubigere , in ditionem, ac poteſtatem ſuam redigere.

*Conquiſtador.* Urbium expugnator. Gentium domitor , debellator.

*Conquiſta.* Expugnatio , nis.

*Conſagrar.* Aliquid ſacrare, conſecrare. *A Dios.* Aliquid Deo devovere, ſacrare, dicare, mancipare. *Conſagrado.* Sacratus, conſecratus. Deo devotus , dicatus, ſacer , divinis deſtinatus , ſacris initiatus.

*Conſegracion.* Conſecratio , nis.

*Conſanguinidad.* Agnatio , cognatio. Sanguinis communio , conjunctio.

*Conſeja.* Fabula , æ. Apologus , i.

*Conſejo.* Conſilium , ii. *Pedir conſejo.* Petere conſilium ab aliquo. Conſulere aliquem de aliqua re. *Darle.* Conſilium alicui dare , præbere. Aliquid conſilii afferre. *Tomar el conſejo.* Uti alicujus conſilio. De ejus ſententia conſilium capere. Pedibus in ejus ſententiam ire. *En la ocaſion ſe toma el conſejo.* E re nata conſilium. Gladiator in arena conſilium capit. *No puedo ya tomar tu conſejo.* Non eſt integrum mihi conſilio jam uti tuo. *Hicelo por tu conſejo.* De ſententia tua hoc feci. Ex conſilio tuo hominem dimiſi. Tuo impulſu , hortatu , te hortante , ſuadente, monente, opus ſuſcepi. Te authore , ſuaſore , conſilium ſecutus ſum.

*Conſejo Real.* Conſilium Regium. Senatus Regius. *De eſtado.* Conſilium ſupremum de rebus ad Regni ſtatum pertinentibus , cui Rex præſidet. *Llamar à conſejo.* Conſilium advocare , convocare. Conſilium vocare. *Eſtàr en conſejo, ò tenerle.* Conſilium , vel Senatum habere.

*Conſejero.* Conſiliarius , Senator Regius. Regis à conſiliis. *Conſejero mudo.* Caput ſine lingua.

*Conſeguir.* Conſequor , adipiſcor , eris.

*Conſecucion.* Adeptio , conſecutio , nis.

*Conſequencia.* Conſecutio , conſequentia , æ. *No es buena la conſequencia.* Ex his, quæ propoſuiſti, non id efficitur, non id conficitur , non ſequitur , non id fit. Vitiosè concludit.

*Conſiguiente.* Conſequens , tis. *No và conſiguiente.* Non ſibi conſtat. *Eſto has de decir , ſi quieres ir conſiguiente.* Hoc teneas oportet , ſi tibi conſtare vis.

*Conſiguientemente.* Neceſſario , conſequenter. *Y conſiguientemente no debe pagarlo.* Unde efficitur , ſequitur, ex quo fit

ut ſolvere non debeat. Atque adeo ſolvere non tenetur.

*Conſentir.* Conſentio, is. Aſſentio, vel aſſentior. Annuo, is. *En materia de guſto.* Obſequi roganti. *No lo conſentirè.* Non feram, non patiar, non ſinam.

*Todos conſintieron, todos vinieron en ello.* De communi omnium ſententia geſta res eſt. Omnes in unam, eandemque rem conſpirarunt. Omnium conſenſu, approbatione, judicio, conſentientibus cunctis, & aprobantibus, omnium calculis, & ſuffragiis decreta, & conſtituta res eſt. Nullo diſcrepante, nemine diſſentiente, una omnium conſpiratione, atque conſenſu decreta res eſt. Omnium ſententiæ in re conſtituenda congruerunt.

*Conſentimiento.* Conſenſus, aſſenſus, us. Aſſenſio, conſenſio, nis.

*Conſerva.* Poma conditanea, melle, aut ſaccharo condita. Salgama, orum.

*Hacer conſerva, echar algo en conſerva.* Melle, aut ſaccharo aliquid condire.

*Conſervero.* Salgamarius, ii.

*Conſervar.* Servo, as. Conſervo, cuſtodio, retineo, ſuſtento, tueor, tutor, aris.

*Conſervar la ſalud.* Valetudinem tueri. Valetudini conſulere, operam dare. *Conſervar el odio antiguo.* Odium jam diu conceptum in aliquem continere.

*Conſervar la Republica.* Rempublicam conſervare, tueri, tutari. Reipublicæ ſalutem afferre. A Republica, & Civibus pericula propulſare. Cives calamitate, Remp. à periculo prohibere. *Con dos coſas ſe conſerva la Republica, que ſon caſtigo, y premio.* Reſp. duabus rebus, præmio, & pœna continetur.

*Conſervador.* Conſervator, defenſor, cuſtos.

*Conſiderar.* Conſidero, as. Intueor, eris. Perpendo, is. *Conſidero lo que debo à tu padre.* Habeo rationem, quid à patre tuo acceperim.

*Conſideralo bien.* Rem etiam atque etiam conſidera, diu cum animo tuo cogita. Deliberanda diu tibi, & concoquenda res eſt. Rem acri, & attento animo intuere. Cogitationes tuas omnes in conſilium adhibe. Omnia, quæ accidere poſſunt, ratione prius, atque animo luſtra. Rem diligenter expende. Adhibenda eſt tibi in eo diligens conſideratio. Prius, quàm rem ſuſcipias, matura deliberatione opus eſt.

*Conſideracion.* Conſideratio, meditatio, animadverſio, contemplatio, nis.

*Conſiderado.* Prudens, conſideratus, attentus, cautus, circunſpectus.

*Conſideradamente.* Conſideratè, prudenter, cogitatè, conſultè. *Sin conſideracion.* Inconſideratè, temere, inconſultè.

*Conſiliario.* Conſiliarius, ii.

*Conſiſtir.* Conſiſto, is. *En eſſo conſiſte el pleyto.* In eo ſumma judicii, cauſaque conſiſtit. In hoc res tota nititur. In hoc cardine res vertitur. *En tu vida conſiſte la ſeguridad de todos.* Incolumitate tua ſalus publica nititur, continetur. *En què conſiſte, que &c.* Quid eſt, quod &c. Quid cauſæ eſt cur &c. *En què conſiſte eſto?* Cur hoc?

*Conſiſtorio.* Ædes conſilii publici. Conſiſtorium, ii. *En Conſiſtorio pleno.* Frequentiſsimo Senatu.

*Conſolar.* Solor, conſólor aliquem de morte alicujus. Conſolationem alicui adhibere, ſolatium præbere, afferre, præſtare. Solatio alicui eſſe. Dolorem verbis levare, mitigare, conſolatione lenire, piis alloquiis abſtergere. Amica, & prudenti oratione aflictum erigere, ſpe conſolari, confirmare.

*Con eſto me conſuelo.* In meo dolore hoc ſolatio utor. Hoc mihi dolorem mitigat, mærorem minuit, ſolamen affert, ſolatio mihi eſt. Nullam aliam à mærore aberrationem habeo.

*Conſolador.* Conſolator, oris.

*Conſuelo.* Solatium ii. Solamen, inis.

Con-



Conſolatio, nis. Doloris levamen.

*No ay conſuelo para mi.* Nihil eſt, quod ſolatio mihi eſſe poſsit, nihil quod conſolationem afferat, aut à merore aberrationem. Ita infixus animo hæret dolor, ut evelli nulla ratione poſst. Nulla res eſt, que me à dolore vindicet, moleſtia liberet, à mærore avocet. Nulla conſolatione animus erigi, nullo ſolatio confirmari poteſt.

*Conſonar.* Conſono, as. Concino, is.

*Conſonancia de voces.* Concentus, us. Harmonia, ſymphonia, æ.

*Conſonante letra.* Conſonans, tis. *De verſos.* Verſus extremum alteri conſonans.

*Conſorte.* Socius, ii. Conſors, tis.

*Conſpirar.* Conſpiro, as.

*Conſpiracion.* Conſpiratio, nis.

*Conſtancia.* Conſtantia, æ. Gravitas, tis. Animi firmitas, robur animi.

*Conſtante.* Conſtans, firmus, ſtabilis.

*Es hombre conſtante.* Vir eſt magna conſtantia, magna gravitate præditus. Vir eſt cum primis gravis, & conſtans in ſententia. Vir in quo nihil levitatis, aut inconſtantiæ deprehendas. Vir graviſsimus, ſingulari conſtantia, & gravitate, animi robore incredibili.

*Conſtantemente.* Conſtanter, conſtanti animo, perſeveranter.

*Conſtar, ſaberſe.* Conſtat, patet, liquet. Perſpicuum eſt, manifeſtum eſt.

*Conſtar, eſtàr hecho.* Conſto, as. Ex quatuor principiis omnia conſtant.

*Conſtelacion.* Sydus, eris. Aſtrum, i.

*Conſtituìr.* Statuo, conſtituo, decerno, ſancio, is. *Conſtituìdo en dignidad.* In excelſo dignitatis gradu poſitus, collocatus.

*Conſtitucion.* Conſtitutio, decretum, i.

*Conſtreñir.* Cogo, compellere aliquem.

*Apretar.* Conſtringere, comprimere.

*Conſtruìr.* Vernacula lingua aliquid gramaticè interpretari.

*Conſuegro.* Conſocer, eri.

*Conſuegro.* Conſocrus, us.

*Conſuelo.* Solatium. Vide *Conſolar.*

*Coſul.* Conſul, is. *El que lo ha ſido.* Conſularis. *La tercera, ò quarta vez Conſul.* Tertiùm, aut quartùm Conſul.

*Conſulado.* Conſulatus, us. *En acabando el Conſulado ſe fue à Francia.* Ex Conſulatu profectus eſt in Galliam.

*Conſulta.* Conſilium, ii. Conſultatio, deliberatio. *Allà lo tratarèmos, que es negocio de conſulta.* Id coram conſiderabimus, habet enim deliberationem. *Negocio es de mucha conſulta el corte, que ſe puede dàr en eſto.* Magnæ deliberationis eſt, quæ ſit ineunda ratio. *No quiero hallarme en eſſa conſulta.* Nolo huic conſilio admiſceri. *Eſto ſaliò de la conſulta.* De conſilii ſententia hoc pronuntiatum eſt.

*Conſultar entre muchos.* Conſulto, as. Delibero, as. *Eſto ſe ha de conſultar.* Hoc in conſultationem, aut deliberationem venit.

*Conſultar à alguno.* Conſulere aliquem. Conſilium ejus exquirere. *Conſultalo contigo.* Te in conſilium adhibe. *Conſultar hombres doctos.* Adhibere in conſilium viros graviſsimos, peritiſsimum quemque. Conſilium cum viris doctiſsimis inire, ſuſcipere. *Que no haga coſa ſin conſultarle.* Nequid ſine illius ſententia agat. *Dexar que todos le conſulten.* Facere omnibus conſilii ſui copiam.

*Conſultor.* Conſiliarius, ii. Conſultor.

*Conſumado.* Vide *Perfecto.*

*Conſumir.* Conſumo, abſumo, is. *En la Miſſa.* Sacroſanctum Chriſti corpus, & ſanguinem ſumere. *Conſumiò ſu hacienda.* Rem ſuam confecit, exhauſit. Bona ſua obligurivit, conſumpſit, dilapidavit.

*Conſumo.* Vide *Gaſto.*

*Conſumido.* Exhauſtus. *De enfermedad, ò vejèz.* Morbo, aut ætate confectus.

*Contacto.* Contactus, us.

*Contagio.* Contagium, ii. Contagio, nis.

*Con-*

*Contaminar.* Contamino, as. Inquino, as. Coinquino, fœdo, as. Maculo, as.

*Contar un ſuceſſo.* Narro, memoro, as. Refero, rs. *En hiſtoria.* Memoriæ rem prodere, monumentis, aut ſcriptis tradere.

*Contar en numero, uno, dos, &c.* Numero, as. Recenſeo, es. *Tal cuenta.* Numeratio. *A dinero contado.* Præſenti pecunia, numerata. *De lo contado lleva el gato.* Non curat numerum lupus. *Contar con la pluma.* Numeros ad rationem ſupputare.

*Contaronle entre los varones iluſtres.* Illuſtrium virorum numero adſcriptus eſt, claris viris annumeratus. In clarum hominum albo repoſitus. In divorum numerum, vel in divus relatus eſt.

*No te ſerà bien contado.* Id tibi vitio dabitur. Criminis loco tibi erit.

*Temiò no le fueſſe mal contado.* Veritus eſt, ne ſibi crimini daretur. Timuit, ne in jus eo nomine vocaretur, ne anſam inimicis calumniandi præberet, ne iniquis locum daret ſecus exiſtimandi.

*Contador.* Ratiocinator, calculator. *Contador mayor.* Quæſtor, oris. Ærarii Præfectus. *Contador de cuentos.* Fabulator facetus.

*Contadurìa, lugar.* Quæſtorium, ii. *Oficio.* Quæſtura, æ.

*Contemplar.* Contemplor, aris. Attento animo intueri, conſiderare.

*Contemplacion.* Contemplatio, nis.

*Contemplativo.* Rerum divinirarum contemplator. Qui res divinas diligenter conſiderat.

*Contemporizar con alguno.* Morigeror, aris. Morem alicui gerere. Obſequi alicujus voluntati.

*Contender con uno.* Cum aliquo de aliqua re contendere, altercari.

*Contencioſo.* Contentionis cupidus.

*Contienda.* Contentio, altercatio. *Dios me dè contienda con quien me entienda.* Utinam cum pari gladiatore committar.

*Contener.* Contineo, es. *Què contiene eſte libro?* Quid hoc libro continetur? *Dirèlo como en la hiſtoria ſe contiene.* Referam, quibus verbis in hiſtoria proditur. *No puedo contenerme en beber.* Continere me nequeo, quin bibam. *No pude contenerme de decirſelo.* Non temperavi mihi, quin rem illi aperirem.

*Contento, ò gozo.* Gaudium, lætitia, voluptas, tis. *Què loco eſtaràs de contento?* Quanta in voluntate bacchabere? *Diſſimular el contento.* Gaudere in ſinu. *No podia diſſimular el contento.* Gaudium continere non poterat. *Dàr contento.* Vide *Guſto.* *Què contento he tenido con tus cartas!* O gratas mihi tuas, jucundaſque litteras! *Poco te durarà el contento.* Cauda tenes anguillam. Lubrica, & fugacia ſunt hominum gaudia. *No ay contento como el de la buena conciencia.* Nihil æquè juvat, atque animus recti conſcius. Secura mens quaſi juge convivium.

*Contento, el que lo eſtà.* Contentus. *Ninguno eſtà contento con ſu ſuerte.* Nemo ſua ſorte contentus vivit. *Eſtàs contento?* Satiſne habes? Placetne tibi?

*Contentar.* Alicui placere, arridere, probari. *No me contenta.* Non mihi placet, non ſatisfacit, non probatur. *Nadie puede contentar à todos.* Ne Jupiter quidem omnibus placet.

*Contentarſe.* Contentum eſſe. Satis habere. *Contentabaſe con no dexar hacer baza al enemigo.* Satis habebat, hoſtem rapinis prohibere. *Y no ſe contentò con eſſo, ſino que le hizo levantar el campo.* Nec ſe eo loco tenuit, ſed caſtra illum movere coegit.

*Contera.* Vaginæ contus, extremum.

*Conterraneo.* Vide *Payſano.*

*Conteſtar.* Teſtor, teſtificor, aris. *Conteſtòſe el pleyto.* Lis conteſtata eſt.

*Conteſtes teſtigos.* Qui eadem teſtantur.

*Contextura.* Contextus rerum.

*Con-*



*Contienda.* Contentio. Vide *Contender.*

*Contigo.* Tecum. *Contigo vivo contento.* Te uno contentus ſum. Tu mihi inſtar omnium es, quæ concupiſcere poſſum.

*Continencia.* Continentia, æ.

*Continente.* Continens, temperans, tis. Qui ſibi temperat. Qui ſe in ira, aut libidine continet, ſibi moderatur.

*Contingente ò contingencia.* Caſus, us. Eventus, us. *Coſa contingente.* Fortuitus, a, um. *Raro, contingente.* Quod raro fit. Rara avis in terris. *Es contingente, que venga.* Fieri poteſt, ut veniat.

*Continua coſa.* Continuus, perpetuus, frequens, creber, aſsiduus in aliqua re. *Continuo del Rey.* Regis comes aſsiduus. Familiaris, & continuus ejus.

*Continuamente.* Aſsidue, perpetuo, continenter, jugiter, uſque.

*Continuar.* Continuo, as. *Continuar los eſtudios.* Studia litterarum continuare. In ſtudiis permanere, perſeverare, procedere. *Continuar los dolores.* Dolores non deſinunt, non deficiunt, nihil remittunt.

*Continuacion.* Continuatio, aſsiduitas.

*Contonearſe.* Cum facto incedere.

*Contorno.* Confinium, circumcirca. *En todo aquel contorno.* Toto illo tractu.

*Contra.* Adverſus, vel adverſum. In, contra. *Hacer algo contra todos ſus ſentidos.* Invicta Minerva aliquid contra. Repugnanti naturæ, vim afferre. Coactum, & invitum aliquid exequi, moliri. *No podia yo obrar contra lo que avian mandado.* Non licuit mihi contra facere, ac dictum fuerat, vel quàm &c.

*Contralto, voz.* Occentor, oris.

*Contrabajo, voz.* Succentor, oris.

*Contradecir.* Contradico, is. Obſto, adverſor, repugno, obſiſto, reſiſto, reclamo. *En eſto todos le contradicen.* In hoc omnes illi adverſantur, ab illo diſſentiunt, diſcrepant, ab ejus ſententia abhorrent. *En eſto ſe contradice, no và conſiguiente.* In hoc ſibi non conſtat, ſecum pugnat, ſibi obſtat, à ſe ipſo deficit; repugnantia, & inter ſe contraria dicit.

*Contradicion.* Contradictio, reclamatio, repugnantia, refutatio.

*Contradictorias.* Pugnantes ſententiæ, quæ ſimul veræ, aut falſæ eſſe non poſſunt. *Contradictorio juicio.* Quæſtio, aut, controverſia forenſis. *En juicio contradictorio fue vencido.* In judicio repulſam tulit.

*Contraer matrimonio.* Matrimonium contrahere, matrimonio conjungi.

*Contrahacer.* Aſsimulo, as. Vide *Remedar.* *Contrahacer la firma.* Chirographum, aut manûs alicujus imitari, adulterare. *Contrahacer eſcrituras.* Tabulas adulterare, tranſcribendo corrumpere.

*Contrahecha coſa.* Adulterinus, a, um.

*Contramina.* Contrarius cuniculus.

*Contraminar.* Cuniculos ex adverſo agere, contrariis cuniculis occurrere.

*Contrapeſo.* Libramentum, æquilibrium.

*Contrapeſar.* Libro, as. Compenſo, as.

*Contraponer.* Objicio, oppono, is.

*Contrapoſicion.* Antitheſis, is.

*Contrapunto.* Chroma, tis. Harmonicus ſonus. *Echar el contrapunto, realzar una coſa.* Rem expolire, expendere, amplificare. *En la muſica.* Modulata voce ſcanſim perſonare.

*Contrario.* Contrarius, adverſus, oppoſitus, adverſarius. *Lo contrario haces de lo que prometiſte.* Contra facis atque pollicitus es. *En todo me eres contrario.* In omnibus mihi adverſaris, mecum pugnas. Gravis mihi ſemper, & infeſtus es. Nunquam non mihi obſtas. *Al contrario ſucediò de lo que todos penſaban.* Contra accidit, atque erat omnium opinio. Contra quàm omnes opinabantur. *Por el contrario.* Contra, è contrario, è diverſo, vice verſa.

*Contraſcarpa.* Foſſæ pars muris adverſa.

*Contraſeña.* Teſſera, ſymbolum, i.

*Contraſtar.* Oppugno, impugno, as.

Ad-

Adverſor, aris. *No pude contraſtarle.* Illum coercere, frangere non valui.

*Contraſte.* Libripens, dis. Explorandis ponderibus præfectus.

*Contraſtes.* Vide *Deſgracias.*

*Contratar.* Vide *Concertar.* *Coſa de contratacion.* Commerciorum domus negotialis.

*Contrato.* Conventio, conventum, i. Vide *Concierto.* *No tuve trato, ni contrato con èl.* Nihil cum eo rationis habui.

*Contratreta.* Fraudis depulſio, doli fruſtratio, contrarius cuniculus.

*Contravando.* Merx edicto prohibita.

*Contrecho.* Captus membris, corpore mendoſus, diſtortus.

*Contribuìr.* Contribuo, pecuniam in commune conferre, impendere.

*Contribucion.* Contributio, collatio, nis.

*Contricion.* Contritio, nis. Peccati deteſtatio, quatenùs eſt offenſa Dei.

*Controverſia.* Quæſtio, nis. Controverſia, æ. *El primero, ò peor en controverſia.* Facilè princeps, vel facilè deterrimus.

*Controvertida coſa.* Controverſus, a, um. *Materia muy controvertida.* Multum ſæpè quæſita, ac difficilis res. Cic.

*Contumàz.* Contumax, cis. Obſtinatus.

*Contumacia.* Contumacia, æ. Obſtinatio, nis. *Diſteiſme contumacia.* Feciſtis funus, abſente me, prandio.

*Contumelia.* Convitium contumelia, æ.

*Conturbar.* Conturbo, as. Confundo, is.

*Conturbantes.* Turbulenti, turbatores.

*Convaleſcer.* Convaleſco, is. Valentiorem fieri, à morbo recreari.

*Yà he convalecido de el todo.* Jam planè valeo, convalui, vires collegi, recepi. Confirmatus à morbo omnino ſum. Valeo jam, ut ſolebam, ſatis bellè. Priſtinas vires recuperavi.

*Convalecencia.* Valetudinis confirmatio, à morbo recreatio.

*Convaleciente.* E morbo recreatus.

*Convencer.* Convinco, coarguo, is. *Convencerle he facilmente.* Paucìſsimis verbis hominem conficiam, nullo negotio convincam. Gladio illum plumbeo jugulabo. *Convenceſme.* Adducis me, ut tibi aſſentiar. *Convencido de tan grave delito.* Tanti ſceleris manifeſtus.

*Convencìle con ſu firma.* Suo illum chirographo convici.

*Convenir.* Convenit, expedit, decet, conducit, oportet. *No hallo por donde convenga eſſo.* Non video, qua de cauſa id fieri oporteat, quamobrem id expediat. *En eſto convenimos.* Hoc mihi tecum, vel inter nos convenit. Hoc inter nos conſtat.

*Conviene à ſaber.* Scilicet, videlicet.

*Convenible hombre.* Cui cum quovis facilè convenit, obſequio promptus.

*Conveniente.* Conveniens, congruens, decens.

*Conveniencia de coſas.* Rerum concinnitas, concentus, congruencia, convenientia. *Conveniencia, ò comodidad.* Commodum, i. *Atender à ſu conveniencia.* Rationem ſui commodi ducere, habere. *Cada uno de ordinario mira mas à ſu conveniencia, que al bien pùblico.* Suas quiſque rationes reipublicæ ſaluti ferè præponit.

*Convento.* Cœnobium, Monaſterium, ii.

*Conventiculos.* Conciliabula, conventicula ſuſpecta. Cœtus occulti.

*Converſar con alguno.* Familiariter agere cum aliquo. Familiares ſermones cum eo conferre. Eſſe alicui familiarem. Cum aliquo verſari, conſuetudinem habere.

*Converſacion.* Familiaris ſermo, uſus familiaris, conſuetudo cum aliquo. *La mucha converſacion, es cauſa de menoſprecio.* Nimia familiaritas contemptum parit.

*Convertir.* Converto, is. Aquam in vinum convertere, infideles ad fidem.

*Convertirſe.* Ad frugem bonam ſe recipere. Se totum ad Deum convertere. Animum à ſcelere revocare. A vita flagitioſa, & impura ad honeſtatem traduci. A



vitæ turpitudine recedere, honeſtamque vivendi rationem inire, ſuſcipere.

*Converſion.* Converſio, nis.

*Copa.* Patera, æ. Poculum, i. *Copòn, ò copa grande.* Crater, èris. Sciphus, i. *Copa de arbol.* Arboris faſtigium. *Copa de ſombrero.* Galeri capacitas. *Copas en los naypes.* Carcheſiorum folia.

*Copero.* Pincerna, pocillator, oris.

*Copete.* Frontis apex. Surrecti in fronte crines. *Perendengues en el copete en los niños.* Aureus, vel argenteus ſcorpius. *En las mugeres.* Corymbus, i.

*Copetudo.* Elatus. Vide *Altivo.*

*Copia.* Copia, abundantia, æ. *De palabras.* Façundi, dicendi copia, dicendi facultas, verborum abundantia, ubertas. Orationis flumen. *Copia tiene el Frayle.* Luxuriat verbis.

*Copia de carta.* Litterarum exemplum.

*Copiar.* Vide *Trasladar, y Retratar.*

*Copioſo.* Copioſus, abundans.

*Copioſamente.* Copioſè, abundanter, prolixè, uberrimè, plena manu, fusè.

*Copla.* Verſus conſoni. *Entenderſe à coplas.* Verſibus invicem mordent. Jambis ſe mutuo petunt, mutuis dicteriis ſe pugnant. *El que te dice la copla, te la hace.* Dum ſibilat ſerpens, mordet.

*Copo de lana ò lino.* Penſum, i. *Copos de nieve.* Cœleſtis aquæ ſpuma. Tacitarum vellus aquarum.

*Copula.* Coitus venereus. Concubitus.

*Coraza.* Lorica, æ. Torax ferreus. *Corazas, los que las traen.* Equites lori ati. *Tentarle las corazas.* Virtutem alicujus experiri. Periculum de eo facere.

*Corazon.* Cor, dis. *Amole de corazon.* Illum ex corde amo, ex animo diligo, ex intimis præcordiis. *Digalo de todo corazon.* Ex animo ſententia loquor. *No tengo corazon para ver eſto.* Non ſuſtinet animus hæc aſpicere. Abhorret animus ab hoc ſpectaculo miſero, & acerbo. *El corazon me lo decia.* Animus id malum præſagiebat. Hac ſuſpicione ſum perculſus.

*Corazon del arbol.* Arboris medulla, cor. Matrix, cis. *Corazon de la fruta.* Volva, æ. *De el invierno.* Media hyems, ſumma vis hyemis.

*Corazoncillo.* Corculum, i.

*Coraje.* Implacabilis iracundia, animi rabies. *Corajudo.* Implacabilis, inexorabilis. Pertinax in ira.

*Coral.* Coralium, ii. Lapillus ruber.

*Corchete del veſtido.* Uncinulus, i. *Los de la juſticia.* Satellites, um.

*Corcho.* Suberis cortex.

*Corchera.* Seberea capſa.

*Corcoba.* Gibbus, i. *Corcobado.* Gibboſus, gibber, eri. Gibbo deformis.

*Corcobos del caballo.* Equi ſubſultatio ad excutiendum ſeſſorem. *Dar corcobos.* Subſultim onus detrectare.

*Corzo.* Subulo, nis.

*Cordèl.* Funis, funiculus, i. *El de los Carpinteros.* Amuſsis, ís. *Apretarle los cordeles.* Aliquem urgere, premere. Confeſsionem, aut conſenſum alicui extorquere. *Dar cordelejo.* Vide *Morejar.*

*Cordelero.* Vide *Soguero.*

*Cordera.* Agna, æ. *Cordero.* Agnus, i. *De leche.* Lactens, ſúbrumus. *Tardio.* Cordus, i. *Es un cordero en la condicion.* Homo eſt ſuavis, & mitis; miti, lenique natura.

*Cordial coſa.* Quod animum recreat, cordique ſalutare eſt. *Cordialmente lo ama.* Ex animo illum diligit.

*Cordillera.* Radix montis æqualis, vel perpetui collis dorſum.

*Cordòn.* Funiculus, i. *De Frayle.* Funiculus nodoſus. *De cerco en la guerra.* Sepes militaris. *Echarle.* Sepem ducere. *Apretarle.* Urbem obſidione premere.

*Cordonero.* Funium textor, limbolarius.

*Cordovàn.* Pellis caprina concinnata.

*Cordura.* Prudentia, cor, dis. *Quanto*

*mas cordura tuviere, tendrà menos lengua.* Quo plus illi cordis erit, eò erit & oris minus.

*Corma.* Lignea compes. *Echarle una corma.* Ligneam compedem illi inducere.

*Cornado.* Minutia, æ. Minutum, i.

*Cornada.* Ictus à cornu. *Diòle una cornada.* Illum cornu petivit.

*Cornales.* Boum vincula. Lora, quibus boves ſub jugum mittuntur.

*Corneja.* Cornix, cis. Cornicula, æ.

*Cornejàl.* Agri angulus.

*Cornerina piedra.* Onyx, chis.

*Corneta.* Buccina, æ. Tuba cornea. *El que la toca.* Cornicen, buccinator.

*Cornicabra arbol.* Terebinthus, i.

*Cornija.* Coronices. Parietum coronæ in templo ex opere inteſtino.

*Coro.* Chorus, i. Odœum, ei. *Decir de coro.* Memoriter recitare. *Cantar à coros.* Alternis canere.

*Coriſta.* Choro deſtinatus.

*Coroza.* Cucullus infamis.

*Corollario.* Corollarium, appendix, cis.

*Corona.* Corona, æ. *De flores.* Serta, orum, Corolla, æ. *Flores de la corona.* Coronamentum, i. *Corona de Rey.* Diadema, tis. *De el que triunfa.* Laurea, laureola, æ. *De Clerigo.* Verticis tonſura. *Abrir la corona.* Verticem abradere. *Corona de Rey, yerva.* Sertula Campana. *Coſa de corona.* Coronarius, ut herbæ coronariæ, aurum coronarium.

*Coronar.* Corono, as. Coronam, aut diadema alicui imponere. Redimire tempora lauro, laurea, aut ſertis coronare, decorare.

*Coronacion de Rey.* Inauguratio, nis.

*Coronado.* Coronatus Corona, aut laurea ornatus, ſertis redimitus.

*Coronilla de la cabeza.* Vertex, icis.

